Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1451
Quelle:
Copyright:

intelligitur ſcriptura &c. 6.) *De purgatorio.* Init. *Unde quidam muſitant de regimine animarum* &c. 7.) *De clavibus celi.* Init. *Quodcumque ligauerit uel ſoluerit ſuper terram conformiter* &c. 8.) *De tribus partibus eccleſie.* Init. *Cum ſim conditor cuiuslibet creature et iudicabo homines quoscumque* &c. 9.) *De ſententia incarcerando fideles propter excommunicationem poſt 40. dies.* Init. *Cum prelati contencionum non Epiſcopi animarum cancellant in pluribus chriſti ſententiam* &c. 10.) *De condempnacione 19. queſtionum.* Init. *Cum ſecundum apoſtolum ad hebreos 11. fides ſit fundamentum* &c. 11.) *De vaticinatione.* Titulus duplex. Init. prioris: *Cum ſecundum ſanctos ſpectat ad officium doctoris euangelici* &c. Alterius: *Uaticinatur autem doctor quem noſcis* &c. E brevioribus his Scriptis *Numeros* tantum 5. et 10. apud *Baleum* et *Tannerum* offendi.

VII. *fol.* 115. *Incipit tractatus de dotacione eccleſie.* Sic: *Utrum clerus debuit dotacionem quam modo occupat* &c. Conſtat X. *Capitibus* et terminatur: *in iſto maximo periculo pro dei adiutorio poſtulando.* Quo Tractatus hic pertineat, liquet ex adjecta rubrica: *Explicit ſupplementum trialogi*, qua inſcriptione etiam apud *Baleum* habetur, *Tannero* pariter notus.

VIII. *fol.* 123. *Incipit ſpeculum ſecularium dominorum.* Ita: *Cum veritas fidei eo plus rutilat* &c. Relatum jam a nobis alibi, et notum Literatoribus ſaepe dictis.

IX. *fol.* 126. *De Paupertate Chriſti.* Initium: *Chriſtus deus noſter caput vniuerſalis eccleſie fuit pro tempore huius peregrinationis homo pauperrimus* &c. Sunt Propoſitiones XXXIII. quae finiunt: *dominus undique compendioſius dabit pacem. Amen.* A *Baleo* nudus adfertur Titulus. Vide *Indicem.*

X. *fol.* 134. absque inſcriptione, ſed ex *Baleo* et *Tannero*, *Ad Parliamentum Regis*, hoc initio: *Proteſtor publice ut ſepe alias quod propono et volo eſſe ex integro chriſtianus* &c. Concluſiones XVIII. quae finiunt: *de amiſſione temporalium ſtare pro euangelica paupertate.*

XI. *fol.* 138. absque inſcriptione Commentarius in *Matthaei* C. XXIII. *Baleo* et *Tannero* memoratus, qui tamen celant ejus initium, quod eſt: *Cum ſapientia dei patris ſit nucleus veritatis* &c. et finis: *erit pena in iſtis perfidis ſine fine.* Cenſet *Capita* XIV.

XII. *fol.* 145. *Expoſitio*, ut e calce praeoccupo, *ſuper capitulum Mathei viceſimum quartum de Antichriſto.* Incipit: *Quia euangelium iſtud eſt multis abſconditum et deus oſtendit illud in parte* &c. Octo *Capitibus* abſolvitur, et finit: *ut fides hec euangelij ſit melius intellecta. De Chriſto et Antichriſto* inſcribunt Bibliographi *citt.* nec initium proferunt.

XIII. *fol.* 150. *Dialogus.* Initium: *Cum ydemptitas ſit mater faſtidij*